NIX AVGVSTALIS

CASTITATIS, ET CARITATIS Connubium

ORATIO

HABITA NONIS AVGVSTI
in Sacello Gregoriano Basilicæ Vaticanæ

A CAROLO TITTA VATICANI SEMINARII C.



ROMAE, Ex Typographia Manelphi Manelphij. 1644.

SVPERIORVM LICENTIA.

Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo

CAPITVLO, ET CANONICIS

Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ.

CAROLVS TITTA VATICANI SEMINARII C.



Epoſcit prò ſuo iure luculenta liberalitas veſtra in hoc Seminarium (Illuſtriſſimi DD.) vt, quidquid à nobis proficiſcitur, nomini veſtro, tanquàm ſuo numini dicetur. Et cui aptiùs offerantur ſtudij noſtri prouentus, etſi tenues, etſi perexigui, quàm vobis DD. ac Patronis noſtris? Illucet ſanè Benignitas veſtra eò clariùs, quò laxiores limites ſibi aperit quotidiè, neque dum prodeſt, breui confinio nouit vnquàm arctari. Nos verò, vt plurimùm debemus, ità Oratiunculam hanc prò viribus noſtris, qualecunque grati animi argumentum vobis offerimus; eam, quæſo vos, benignè excipite, ac beneficia veſtra amate.





T ecce (Illustrisſ. DD.) nouo, atquè inaudito prodigio hodie in æstatis gremium, calentiſsimo anni tempore Nix illæſa delabitur: & delabitur non hiberno coacta dere, ſed Deiparæ Virginis obdurata pietate: imirùm vt nos condoceat, Caſtitatem eò ſuperis ratiorem accidere, quò clariori Caritatis incenio cuſtoditur. Caritas igitur, & Caſtitas gemelæ ſunt, flammarum illa, hæc niuium parentes, & ltrices. Non conſentiunt cum hiſce niuibus frigora, ſed calores: feruant cum ijsdem æternũ fœlus non ætnei montis, ſed cordis amantis incenlia. Caſtitas, & Caritas duo luminaria, nulli deliquio obnoxia, quæ fulgoribus ſuis animæ rutilant irmamentum: duæ illę Alæ, piæ menti ad volanlum exhibitæ, quibus ad Deum expeditiùs perualitur. His alis ad cœlũ cũ ipſo raptus corpore pręiolauit Elias, qui dum virgine Caſtitate à primis innis exculta, dum ardenti Caritatis zelo refulget, non alia quidèm pompa, nõ alio triumpho, quàm plendentiſsimo curru donãdus cæleſtis Sedis hopitium, noui generis acquirit incolatu. O niueam Caritatem, quę non dædaleo, ſed caſtę dilectionis remigio pennatos nos efficit ad ſuperna. Et dilectus ſuus commendatur à ſponſa Candidus, & ru-

Apocalyp. 12.

Reg. l. 4. c. 2.

D. Ambr. ſer. de Eliſ.

Cant. 5.

bicundus, electus ex millibus. Ex millibus ideò eligitur à sponsa, quia Candidus, & rubicundus; candidus in Castitate, rubicūdus in Caritate: alijsque postmodùm enumeratis partibus, amatrix illa sic tandèm perorat, Guttur eius suauissimum, & totus desiderabilis. Sanè vbi candori rubor additur, vbi Caritas apponitur Castitati, nihil in gustu apparet insuaue, nihil non dulce, nihil non desiderabile. Quid probetur in dilecto (Auditores) accepistis, accipite nunc vicissim, quid de spōsa sua Virgine pari commēdatione accinat Dominus. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Non quemuis hortum, aut fontem ponit, sed illum ponit hortum in mundi crepundijs diuina consitum manu, non cum omnibus patebat animalibus, sed cum per rhomphæam flammeam clausus, & custoditus est. Virgineus nanque hortus tunc illustratur, tunc pretium accipit, cum clauditur sub flammanti cælestium amore. Quinimmò castam generationem vna Caritate pulchrescere, diuina testatur sapientia. Quàm pulchra est casta generatio cum Caritate. Et meritò Castitatis pulchritudinem consequūtur flammæ Caritatis; quasi nequeat pretium habere, nec meritum casta generatio, nisi sub his custodita flammis. Castitas enim sine Caritate lampas est

D.Hieron. lib. 1. in Iouinian.

Cant. 4.

Gillib. sup. Cant.

Sap. 4.

Ita legit D. Bern. in ep. 42.

sine

ſine oleo, ſubtrahe oleum, lampas non lucet; tolle Caritatẽ, Caſtitas nõ placet. Tolle cæleſtia incendia, quibus hominis animus rapitur, vt ad ſublimia aſpiret, & ſine his nec Virginitas honore, nec titulo digna eſt compreſsio carnis. Hoc innuit Apoſtolis ſuis Redemptor noſter, dum lumbos præcingi iuſsit baltheo Caſtitatis, ideſt incentiua cõprimi voluptatum. Coarctanda quidèm caro cingulo continentiæ, ne effuſa vitijs, ac toto peccatorum grauata pondere, ab occurſu domini retardetur. At quaſi hoc impar eſſet ad gloriam, lucernas illicò ardentes in manibus adiecit, varia ſcilicèt amoris opera, & Caritatis. Neque immeritò præcinctos lumbos lucernarum ardentium ſplendor comitatur, quando nec Caſtitas magna eſt ſine bono opere, nec bonum opus eſt aliquod ſinè Caſtitate. Non longè hinc abeſt ſimilitudo illa cæleſtis gloriȩ euidentèr expreſſa in decem Virginibus lampades ſuas accipientibus: vbi Deus vmbram ſui gratiùs alteri non credit, quàm Virgini lampadibus exornatæ. Media autèm nocte clamore excitatæ Virgines illæ, etſi omnes virgines, etſi omnes niueo animi candore albicantes, non tamẽ probatæ omnes, non omnes intrauerunt ad nuptias. Cæleſti enim obſerato, immò & confirmato oſtio, quæ non ſumpſerunt oleum ſecum, quæ ſi-

Naz. ad Virg.

Luc. 12.

D. Petr. Chryſol. ſer. 24.

D. Greg. 3. Homil. in Luc.

Matth. 25.

ne

ne oleo boni operis occurrunt, licèt Domine Domine iteratò clamēt, & virgines sint, non exauditæ ignorantur à sponso. Virgo nimirùm nulla est, nec placet Deo, Caritatis nō adornata luminibus. Et captu nunc assequor, cur Christus Dominus in

Matth. 17. præcelso Thaboris iugo, dum interiorum virtutū habenas relaxat, ac totus in splendorem transfiguratus apparet, cur resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta facta sunt alba sicut nix. Quid niui cum sole, si sol niuem dissoluit? Nō vanè Seruator

Baez. lib. 3. cap. 3. noster (Auditores) dum facies eius ardentissimos vndequaque radios fulgurat, vestem nō purpurascentibus mæandris elaboratam, nō auro pictam, non nitidis gemmis distinctam, sed albētem, sed niueam induit, nempè vt sciamus, tunc maximè nos aptari ad gloriam, tunc sui consimiles factos, Patri Deo complacituros, cum rutilāti amoris iu-

D. Paul. ad Philipp. bari niueos ornatus puritatis adhibemus. In his geminis characteribus corpus humilitatis nostræ reformatur, & configuratur corpori claritatis dominicæ. Non placent flammantes vultus sinè niue vestimentorum. Ad hoc fortasse allusisse vi-

Dan. 7. detur illa Danielis visio aspiciētis Antiquum dierum sedentem, cuius vestimentū candidum, quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda, & thronus eius, & rotæ ignis accensus, & fluuius

igneus

igneus egrediebatur à facies eius. Connexio hæc niuis, & lanæ cum igne apertè edocet, nos cælitibus eò effici similiores, quò dilectionis igni candidiora pudicitiæ aptamus induméta: Proinde Rex ille nouæ crudelitatis molitor, & auctor, cum Babylonicis flammis tres pueros tradidisset, inter illos in medio ignis ambulantes, totus admirabundus dignouit quartum similem filio Dei, non alio tractũ illice (etsi rex tanti ignarus mysterij) quàm dilectione Castitatis: inter quos medius, vel Deus, vel Deo similis ardente fornace quasi inter lilia Dominus, eorũ delectatus innocentia puerascere videbatur. Quippè separari haud quaquàm potest ab ijs, qui casti, qui mundi, qui Virginitatis almæ cãdidati, medio Caritatis igne examinati probantur, & nihil corruptionis reperitur in eis. Vbi, Auditores, vbi inter flãmas nihil deprehenditur corruptionis, vbi flammat Castitas validissimis incincta Caritatis ardoribus, ibi Diuino consortio nos vtiquè dignamur. O Castitas, & Caritas: ò Castitas beatarũ mentium amor: ò Caritas vitalis amoris flamma: illa singulare animorum ornamentũ, hæc animorum perbeatum incendium: hæc virtutum regina, illa culmen sanctimoniæ. O igitur Caritas, & Castitas, quàm benè, quàm felicitèr in hac æstiua Niue præsignantur ad comparandam bene-

Dan. 3.

Appon. in Cant.

beneuolentiam diuinam. At heù delabitur Nix, & calidißima tempeſtas exardet: nimiùm timeo Niui ab altitudine diei. Ah parcite ſolares radij, parcite virgineam Niuem diuerberare: parcite auſtrales animæ flabris torridis afflare. Tùque, ò Sol, illi potiùs applaude, radijs tuis obſequere, & eo, quo decet cultu, venerare tantæ Niuis ſpectaculum, quæ non depluit in tēporis iniuriam, non in tui dedecus, non in excidium naturæ: ſed depluit, vt miſeram mortalitatem, quæ ſub multiplici ſecularium voluptatum fatigatur ęſtu, leni refrigerio ſoletur. Et nequit (Auditores) nequit, & nollet quidèm ſol eliquare, quod pietas MARIÆ læto prodigio coegit. Nos verò quid agimus, quid cunctamur in hac Niuium copia? Exquilinum collem adeamus, ibi Deo placituri, vno candore dealbati, diuini amoris æſtuemus incendio. Caſtitatis ſit comes Caritas: Caritas niuali puritatis albedine candidetur. Vtraque nos aptabit ad gloriam. Et ſi hæ Niues celeberrimi quondàm Templi deſignatrices fuere; vtinàm in noſtros nunc quoque animos eæ delabantur; non deſignabuntur modò, ſed viuis è lapidibus excitabuntur Templa, ad quæ & Niuium, & Caſtitatis amans conuolabit Deus, in medio quidèm æſtu, ſed amor s, ſed Caritatis.

